



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Concilium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

*inter vos, numero 2. de verb. sign.*

Quintò, confinia diœcesis Episcopatu-  
uum. Provinciarum, & Parochiarum,  
an, & quando possint præscribi, vide  
Panorum. *in c. super eo, de paroch.* Felin.  
*inc. quia indicante, col. 2. de præscrip.* Old.  
*confi. 283. Abb. confi. 12. vol. Cur. confi.*  
*56. col. 9. cap. cum causam, & ibi gl. in*  
*ver. per libros. de prob.*

Sextò, an probentur per scripturam,  
licet non propter hoc principaliter fa-  
ctam. Responderetur de Innoc. *in c. olim,*  
*n. 5. de consi. quòd sic.*

### CONCILIUM.

#### S U M M A R I U M.

- 1 *Quotuplex sit.*
- 2 *Quot annis celebrari debeat.*
- 3 *Qui convenire debeant ad illud.*
- 4 *Quo ordine in eo sedendum.*
- 5 *Quid ibi agi debeat.*
- 6 *Quo tempore celebrari debeat.*
- 7 *Impedito Archiepiscopo, quis teneatur congregare Concilium provinciale.*
- 8 *An possit recusari, seu ab ipso appellari.*
- 9 *An Metropolitanus teneatur concilium indicere.*
- 10 *An Capitula Cathedralia compellantur venire ad illud, vel possint ibi convenire laici.*

**A**D Primum. Vide Sylvest. *in ver.*  
*Concilium, num. 1.* & in summa est  
triplex, Generale primum, seu Oecu-  
menicum, ut Con. Trid. ubi omnes  
prælati Ecclesiæ concurrunt, & Papa,

vel ejus Legatus præsidet. Secundum  
provinciale, ubi Metropolitanus præsi-  
det, & convocantur omnes Suffraganei,  
& Abbates provinciæ. Tertium diœce-  
sanum, ubi Episcopus cum Capitulo &  
Clerico convenit, ista patent ex vulgatis.

Ad Secundum. Sac. Con. Trid. *sess. 24.*  
*c. secundo, de reformat.* quolibet triennio  
Synodum provincialem, & diœcesanam  
quotannis celebrari, præcipit, quod uti-  
nam observaretur, quia multa bona o-  
rarentur ex frequenti Synodorù celebra-  
tione, ut experientia docet: nã frequen-  
ter Episcopi à multis excessibus, ipsique  
Metropolitani, ac Clerus subtraheren-  
tur, quia tunc populi solent afferre que-  
relas, prout vidi in multis Synodis, qui-  
bus interfui, & sumere debemus à Regu-  
laribus exemplum qui singulis annis ce-  
lebrant sua Capitula provincialia, ad mo-  
rum, ac aliorum reformationem, & hoc  
clamat Alphon. de Castro, *libro quinto,*  
*capite quinto, de justa heretic. puni.* hoc  
vociferantur sacri Canones, *cap. de Con-*  
*ciliis, capit. habetur, cap. quoniam, & secun-*  
*do, 18. distinct.* ad hoc exhortatur sac.  
Con. Trid. *loc. cit.* & licet non fiant sem-  
per nova decreta in illis, fiunt tamen ali-  
quot ore tenus reformationes necessariae.  
prout Concilia Mediolanensia, Concil.  
Antioch. *Can. 10.* Con. Carthag. *c. 2.* E-  
pist. Horismidæ Pap. ad Episcopos Hisp.  
Con. Aurel. *c. 12.* Con. Toler. *XII. c. 12.*  
Con. Later. sub Innoc. III. *c. 6.* Conc.  
Basilien. *sess. 15.*

Ad Tertium. Dico primum, omnes  
Episcopi Comprovinciales convenire  
debent, Concil. Trident. *loco citat.* &  
hoc quoad Concilium provinciale, secus  
posset

posset ab Archiepiscopo puniri, *c. si quis in Synodo, c. si quis Episcoporum, c. pervenit, c. non oportet, loc. cit.* nisi legitimo impedimento impediti, *Con. loc. cit.* & tunc excusatorias literas dirigant Metropolitanano, *c. placuit, loc. cit.* Secundò, Abbates in tota provincia commorantes, seu habentes Abbantias, seu Commendas, *cap. decernimus*, etiam exempti si sunt sæculares. Tertiò, Archipresbyteri, etiam exempti. Quartò, Episcopi etiam exempti tenentur eligere semel Metropolitanum, quæ electio semel facta, obligat successores. *Declarat. sac. Congregat. in meis 7.* idem de Abbatis & Archipresbyteris exemptis, *sac. Congr. Declarat 315.* in hæc verba: *Archipresbyter nullius diocesis potest Archiepiscopum aliquem in Metropolitanum eligere, atque ejus Synodo provinciali se subicere, non obstante contradictione Capituli & Cleri dicti Archipresbyteratus.* Nec obstat *cap. Episcopus ead. dist.* quia loquitur de Regularibus, & ibi gloss. exemplificat in Abbate Cisterciensi, quoad Concilium diocesanum eò convenire debent omnes Clerici, & Abbates diocesis, *capit. annis, distinct. citat.* etiam exempti ratione parochialium, aut aliarum sæcularium Ecclesiarum, etiam annexarum, *cap. ex ore, de privileg. gloss. in capit. quia in tantum, in ver. plures, de preben. Con. Trid. loc. citat.* etsi habent populum: nam ratione populi exempti subsunt Synodo, *Inn. in capit. quod super, de majoritat. & obed. & in cap. Theodosius, n. 3. de stat. monach.*

Ad Quartum. Dicitur primò, & habetur, *in cap. ult. 17. distinct.* ubi secundum tempus ordinationis suæ debent

sedere, & subscribere, & alias prærogativas sibi vendicare, *cap. Episcoporum, 74. distinct.* *Con. Braccarense, Can. 24. Gimon. de grat. expect. fol. 414. num. 39.* facit *capit. qui prior, & ibi gloss. in princip. de reg. jur. lib. 6.* Sed secundò, primus locus debetur Metropolitanano, *cap. placuit. 18. distinct.* exemptus Episcopus non sedere debet supra omnes, suffraganeos non exemptos, nisi sit in promotione antiquior, *sac. Congregat. declarat. 317.* & circa Suffraganeos non excusat consuetudo, quòd Episcopus talis Ecclesiæ erat solitus sedere ante omnes, quia orbis debet imitari consuetudinem Urbis, ubi Cardinales, presbyteri, & Episcopi sedent secundum tempus suæ ordinationis in capella domini Papæ, *glo. in capit. nolite. 11. distinct. Boer. tract. de actor. mag. conc. par. Franc. numero 6.* Faciunt quæ dicuntur, *in ver. Episcopus, numero 30.* & ex *Abb. in cap. si. numero 16. de translat. Episcop. facit cap. statutuimus, de major. obed. gloss. in cap. cum in tua, in ver. antiquiores, & const. lib. 6.* & ibi *Gemin. ver. in fine glossæ,* nota istam glossam, ubi fit mentio de antiquioribus, *cap. 1. de major. & obed. extra, Gemin. in cap. 1. ver. quæro, de offic. leg. lib. 6.* Abbates sedere debent immediate post Episcopos, & præferuntur aliis prælatis circa Episcopos, *Abb. in cap. ex ore, numero 3. de privileg.* Tertiò, an exempti Episcopi possint compelli ad eligendum Metropolitanum, & videtur quòd sic, quia *Con. loc. cit. §. iidem,* utitur verbo (eligant) quod est imperativi modi, & videtur sonare præceptum, nec obstat quod multi exempti nondum elegerint, quia hoc potuit accidisse, vel propt. absentiam,

sentiam, vel incommoditatem, vel potius negligentiam; & confirmatur, quia electio semel facta obligat successores, ut patet ex sac. Congreg. nam alias sequeretur, quod Episcopi exempti nulli Concilio intercessent, quod est contra mentem sac. Congreg. quæ declarat. 386. in *meis*, censuit in hæc verba. *Episcopi, qui sunt in Provincia Papæ, tenentur suas Synodos facere, seu aliter, accersentur Romam ad celebrandum provinciale Concilium.*

Ad quintum. Habetur cap. propter, il. 1. *Et c. pervenit*, 18. *distinct.* hic est dubium, primum an Episcopi comprovinciales possint cognoscere de causis Metropolitanis ibi præsentis. Respondetur negativè, Abb. in *capit. grave*, num. 8. *præben.* Sylvest. in *ver. Concilium*, num. 6. §. 7. Ratio est, quia Archiepiscopus est caput, & præsidens illi, D. Anton. 3. *par. tit. 23. cap. 4. §. 6. Et primo.* Secundum dubium, an Archiepiscopus possit cognoscere ibi de causis criminalibus Episcoporum, Suffraganeorum, Sylvest. *loc. cit.* dicit, quod sic, quoad audientiam, sed non quoad diffinitionem, absque speciali licentia Papæ, tamen secus hodie jure nonissimo Conc. Tridentini *sess. 13. capit. 8. de reform. cap. quamvis*, 3. 9. 6. de causis verò civilibus inter Episcopos, & subditos bene potest *c. si clericus*, 11. 9. 3. *gl. in c. pastoralis, in ver. exceptis, de offic. ord.* Tertium dubium, an de causis fidei possit ibi cognosci? Videtur quod sic, per *cap. ad abolendam, in prin. de hæret.* tamen oppositum est verius, *capit. quoties* 24. *qu. 1. c. majores, de Baptis.* Peng. *Com. 8. in 2. parte Director. Inquisitor.* Alphons. de Castro, *lib. 1. cap. 5. de*

*justa hæret. puni.* Quartum dubium, an Abbates, & alii, qui in Concilio provinciali conveniunt, qui non sunt Episcopi, habeant suffragia, vel possint aliquid determinare? Respondetur negativè sed solum consultare, & alia officia ministrare, & ut vulgò dicunt, habere vocem consultivam, sed non decisivam; Turrecrem. *lib. 7. de eccles. c. 15.* idem de Capitulis Cathedralium censet Abb. in *cap. Et si membra*, num. 1. *de his quæ si.* Quintum dubium, an possint admitti Episcopi alterius provincie, Sylvest. *loc. citato* §. 6. dicit, quod sic, si accedant voluntarii, & similiter alii, quorum consilium est necessarium, & ibi ut consultores, *argum. capit. obvenerunt* 63. *distinct. Et c. ut commissi, de hæret. lib. 6.* Sextum dubium, an Metropolitanus teneatur ad expensas circa victum, equitaturas, & hospitalitatem ipsorum Suffraganeorum venientium ad Concilium provinciale? Respondetur negativè, *cap. non oportet, c. pervenit, Et c. Eulogius*, 18. *dist.* & sic vidi in practica servari ab Illustrissimo Jacobo Cardinali Sabello & etiam Surrenti, tamen ex urbanitate & fraterni charitate solebant simul aliquando comedere. Similiter, quando Archiepiscopus vocaret Episcopos Suffraganeos ad degradandum aliquem, debent venire sumptibus suis, Boer. *decis. 103. col. 3.* Septimum dubium, an in Concilio provinciali, vel diocæsano sint eligendi iudices, quibus committantur causæ à Romana Curia in partibus? Respondetur quod sic, in utroque Con. Trident. *sess. 25. c. 10. de reform.* Octavum dubium, an debeant

beant eligi testes synodales? Respondetur affirmativè juxta formam *cap. Episcopus 35. qu. 9.* Nonum dubium, an provinciales Episcopi in Concilio provinciali sint conjudices, vel assessores? Respondetur, quòd secundum quorundam opinionem sunt judices, *c. scitote, 6. q. 3.* quidam verò dicunt, quòd sunt assessores, sed quomocunque sit, Archiepiscopus in Con. provinciali tenetur adhibere consilium, sive assensum omnium, seu majoris partis, Sylv. *loc. cit.* §. 8, quod dictum est Episcopos suffraganeos non posse cognoscere de causis Metropolitanis in Concilio provinciali, intellige, quando Episcopi vellent cognoscere de causis gravioribus, vel criminalibus, quia hoc est reservatum summo Pontifici, *fac. Con. Trident. sess. 24. c. 5. de reform.* secus verò; quando totum Concilium vellet cognoscere de causis Metropolitanis, quia illud unitè posset. Ratio est, quia ipse Metropolitanus tanquam unus de Concilio, subest ei, potest ab eodem excommunicari, & ab ipso Archiepiscopo appellatur ad Con. Paul. de Eleazaris, & Cardinalis in *Clem. 1. §. quod etiam, de sent. excom. Navar. consi. 6. de majorit. §. obed.*

Ad Sextum. Tempus congruum est magis post octavam Paschatis Resurrectionis, & sic vidi Beneventi bis, Neap. & Surrenti semel observari, sed *fac. Con. Trid. loc. cit.* illud relinquit arbitrarium pro tempore commodiori, & more provinciarum, Con. Arlat. *can. 18.*

Ad Septimum. Archiepiscopus, vel eo impedito legitimè, Episcopus antiquior, Con. Trident. *loc. cit.* sed non E-

piscopus exemptus, qui semel eligit, quamvis sedeat super omnes, & in promotione sit antiquior, ita *fac. Congreg. declarat. 317.*

Ad Octavum. Respondetur affirmativè in utroque, Boer. *decis. 269. lib. 3.* quia paria sunt, recusatio, & appellatio, sed hoc fallit in Concilio generali, seu Oecumenico. idem ibidem Abb. in *cap. in singulis, numero 6. de statu monach. & Navar. conclus. 2. de appellat.* dicit tunc appellandum esse vel ad Papam, vel ad Concilium generale.

Ad nonum. Videtur quòd Concilium Melivitan. *c. 9. §. 10.* & Con. Constantinopol. VIII. generale, *act. 10. Can. 17.* imò Episcopus non potest congregare Synodum absque consilio Capit. Inno. in *cap. nisi, de auctor. §. usus pal. Caputaqu. decis. 305. par. 1.*

Ad Decimum. Vide Abb. in *c. §. si membra, num. 1. §. 3. de his qua fiunt à pralat.*

## CASUS.

CAsus, in quibus locorum Ordinarii possunt procedere, nedum contra clericos, licet sint alterius jurisdictionis, & Regulares, sed etiam contra laicos, & ut facili calle procedant, eos sub Alphabetica serie volui collocare, tangendo practicabiliora.

Apostata à fide primò potest puniri ab Ordinario, quoniam est vel hæreticus, vel species hæresis, Alphon. de Cast. *lib. 1. c. 7. de justa Apostasia, §. heret. puni. §. l. 1. contra hæreses, cap. nono;* & quis dicatur Apostata à fide, vide Sylv. in *ver.*

O

Apo-